

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Vtrum in rebus creatis existentia ab essentia distinguantur. disput. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

divina res est singularis communis tribus personis. A ratione essentiali non est existere, esse necessarium productum ab alio, ut sunt caro et anima, quae existentiam habent.

Secundo probatur eadem conclusio, quoniam cum existentia sit actualitas cuiusque rei, per quam scilicet formaliter actu existit, utique in qualcumque re existentia distinguuntur aliquando modo ex natura rei ab essentia comparatur ad talen essentiam tamquam actus ad potentiam; sed in Deo nihil est, quod talis potentia rationem habeat; cum ipse sit primus actus, arque adeo purus, alioquin quod denudaret a potentia illi permixta, esset actu prior; ergo in Deo existentia nullo modo ex natura rei ab essentia distinguitur.

Tertiam rationem, si placet, apud Diuum Thomam legitur.

Secundo loco in hunc modum argumentatur Diuum Thomas. De Deo possumus scire an sit; non possumus autem scire quid sit; ergo non est id esse Dei, & quod quid est eius, siue quidditas vel natura.

Ad hoc argumentum accommodatus forte respondebimus, quod de Deo scire possumus quod sit in communione: non vero penetrando peculiarem

modum esse diuini. Concessa ergo maiori & minori iuxta primum distinctionis membrum, neganda est consequentia. Iuxta secundum vero membrum neganda est maior: in quo veram eam esse oportebat, ut ex ea & minori colligeretur recte conclusio.

*Secundum
D. Thoma
argumentum.*

Responso.

Conclusio.

*Existencia
essentia in
Deo idem.*

ONCLUSIO est. In Deo idem sunt essentia & esse existentia. Hac est de fide, definita cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, ubi statutum est, *Deum similem esse omnino*. Quare compositione, aut quasi compositione ex existentia & essentia nullo modo est in eo admittenda. Probatur etiam ex illo Exodi 3, vbi percontant Moysi, si dixerint, *Quod est nomen eius? quid dicam eis?* Respondit Dominus, *Ego sum, qui sum. Sic dices filius Israel, Qui es, misit me ad vos.* Cum autem nomina imponantur ad significandas essentias rerum, si Deus illud esse suum peculiare nomen restatur, manifeste docet, suum esse existentia, esse suam essentiam: id quod notauit Diuus Thomas 1. contra gentes cap. 22.

Ratione etiam naturali probatur primò. Quoniam, quicquid est in aliqua re, & nec est ipsam rei essentia, nec quippiam intrinsecum essentiae, utique vel ab essentia fluit, ut vis ridendi de essentia hominis, vel ab aliquo externo agente est effectum: sed esse existentia diuinum, neque est effectum ab externo efficiente: alia Deus non est prima causa, cuius oppositum articulat, quæ praecedenti demonstratum est: neque potest fluere ab essentia diuina quoniam ut aliquid ab alio fluat, necessarium est, ut id, à quo fluit, præexistat: quare cum unumquodque formaliter existat per suam existentiam, certè si existentia alicuius fluere ab ipsius essentia, talis essentia existet, antequam existet, quod implicat contradictionem: sicut ergo in Deo idem omnino sunt essentia atque existentia diuina.

*Existentiam
de nullius rei
essentia fluere
potest, tan-
quam illius
passione de-
monstratur.*

Hac ratione aperie demonstratur, nullius rei existentiam fluere posse ab essentia tamquam aliquam proprietatem, quæ necessariò essentia competit, sed omnem rem, vel per suam existentiam formaliter existere, ita ut de intima ratione rei, cuius est talis essentia, si existere, vel existentia non sit de ratione essentia, non fluere ab essentia, sed esse ab aliquo externo efficiente collatum essentia ipsius rei. Quare cum causa prima libere agat: sit, ut nullum ens creatum cum ea comparatum necessariò existat, sed contingens sit esse & non esse. Postquam vero entia à prima causa libere producta sunt, multa eorum ad solas causas naturales relata necessaria sunt, illa scilicet, que causas naturales non habet, à quibus corruptantur: qualia sunt eccl. anima rationalis, angeli, & similia: quæ proinde postquam semel in rerum natura sunt, necessaria dicuntur, non solum necessaria naturalia, sed etiam simpliciter, si ad causas naturales dumtaxat attendamus. Ex eadem ratione habes, primam causam non solum habere esse ex se, sed etiam esse essentialiter suum esse existentia: atque ob eam causam, à sua essentia habere ita necessariò esse, ut neque poruerit, neque possit non esse. Habet etiam omne ens, de cuius intima

DISPUTATIO II.

*Verum in rebus creatis existentia ab essen-
tia distinguitur.*

DIVANDUS in 1. distin. 8. quæst. 2. Gabriel in 3. dist. 6. q. 2. Aurelius apud Capreolum in 1. d. 8. q. 1. & in multis alijs, quos ibidem refert Capreolum, in hac sunt sententia, ut dicant, existentiam ex natura rei non distinguiri in rebus creatis ab essentia rei, quæ existere dicitur. Affirmant namque existentiam aliquam existere, non esse aliud, quam eam esse actu talen essentiam: ut natura humana existere, non esse aliud; quam actu esse, haberere rationem natura humana, & non potentia tantum: hoc vero dicunt non esse aliud ab ipsa ratione, seu essentia natura humana in actu essentiae: quod amplius in hunc modum explicant. Cum enim natura humana interdum sit potentia, & interdum actu, natura humana in potentia non est existentia, sicut neque est actu essentia natura humana, natura vero humana in actu, est existentia natura humana: cōd quod existentia natura humana non sit aliud ab essentia in actu essentiae. Itaque sicut in Deo dicimus essentiam diuinam esse formaliter existentiam diuinam, ita hi admittunt in rebus creatis essentiam esse formaliter suam existentiam: attamen cum essentia diuina semper sit actu, & numquam potentia, quod non conuenit rebus creatis, essentia diuina semper & necessariò existit, quod rebus creatis denegatum est.

Suaderet vero potest haec sententia primò, quia ens & esse sunt idem formaliter: ergo essentia & existentia erunt etiam idem formaliter. Pater consequentia, quia quando concreta sunt idem formaliter abstracta etiam sunt idem formaliter: antecedens vero probatur, tunc quia esse & ens solum differunt ut infinitum & participium, inter qua tantum est differentia in modo significandi grammaticalium etiam quia ab esse dicitur ens; unde ens explicatur esse id, quod est.

Secundò,

Secundò, quia si esse & essentia formaliter distinguuntur, sequeretur nullum esse ens per se, sed omne ens esse per aliud, nempe per suam existentiam, à se formaliter distinctam, quod videtur absurdum.

Tertiò, quia cùm ipsam existentia sit quid reale, habebit essentiam, que interdum existat & interdum non existat: existentia namque rei corruptibilis interdum existit, & interdum non existit, sicut & ipsa essentia: si ergo omnis essentia creata existit per existentiam à se formaliter distinctam, illa existentia existit per aliam, & hac cursus per aliam, & ita in infinitum.

Quartò, si existentia esset quid formaliter distinctum ab essentia, cùm sit quid reale, & non Deus, vel erit substantia, vel accidens. Si accidens: ergo substantia est in rerum natura per aliquod accidens, quod videtur fari absurdum: cùm substantia à per se essendo dicatur ens per se accidens verò, quia est per substantiam, dicatur ens in alio. Si verò sit substantia, cùm neque sit materia, neque forma, neque totum compositum (quandoquidem hæc vel sunt ipsa essentia, vel partes essentiarum: existentia verò ponitur ab aduersariis quid formaliter distinctum ab essentia, neque in ea intrinsecè inclusum) vel actuabit & informabit essentiam eius substantiam, cuius dicirur existentia, tamquam actus suum potentiam, vel non, sed in se subsisteret, neque informans, neque actuans essentiam substantiam. Si detur primum, ut dari videtur ab aduersariis, tunc cùm sit in illa, non tamquam pars, & fieri nequeat, vt sit leorsum ab ea, in qua est, non accidens. Præterea, cùm forma substantialis sit actus primus, & quicquid aduenit post actum primum substantiali materia constantibus sit accidens, necessariò erit accidens. Si verò detur secundum, tunc erit actus separatus, quod nullus admette. Præterea, quia non videtur quomodo posse denominare substantialiam existentem.

Quintò, generatio substantialis terminatur ad totum compositum, quod in genere substantiali resultat ex unione formæ cum materia: at terminatur ad existentiam compositi, & non ad essentiam: quandoquidem essentia ab aeterno habet ex se rationem formalem essentia, & solum est in potentia ad existentiam: ergo totum compositum & existentia ipsius idem omnino formaliter sunt.

Sextò, essentia per se ponitur extra nihil, ut patet, quoniam interim dum non est, est nihil: ergo quando est, non est aliud à sua existentia: patet consequentia, quoniam nulla res est aliud ab eo, quo formaliter extra nihil ponitur.

Septimò, nulla perfectio ponit in rerum natura rem, quam perficit, & in qua formaliter suscipi debet: quia id, quod perficiendum est, à perfectione semper supponitur: sed existentia formaliter tribuit essentia existere: ergo non est perfectio ab ea distincta, sed idem proflus formaliter cum illa.

Octauò, esse in potentia est conditio diminuens, destruens essentiam, non fecus ac esse p̄fectum: sicut enim homo p̄fectus non est homo: ita quod est homo in potentia, simpliciter non est homo: ergo sicut esse hominem verum, nihil addit supra hominem, ita esse hominem actu, nihil addet supra essentiam hominis.

Postremò, forma accidentaria se ipsa, & non mediante alio, tribuit formaliter subiecto esse accidentarium, ut albedo parieti esse album: ergo forma substantialis se ipsa tribuet materia esse substantiali: superfluit ergo esse à forma distinctum.

Diuinus Thomas hoc loco & i. lib. contra gentes

A cap. 2. & lib. 2. cap. 5. 2. ac alibi sape, Caietanus hic, & de ente & essentiâ cap. 5. quæst. 10. Albertus su-

per librum de causis cap. 8. Capreolus in 1. dist. 8.

quæst. 1. Scotus in 3. dist. 6. q. 1. Egidius quodlibeto

1. q. 7. Solus 2. Physicorum q. 2. inter probandum

secundam conclusionem. & alij existimant existen-

tiam ex natura rei distinguunt ab essentia in rebus

creatis. Quæ opinio nobis est amplectenda.

Probarique potest primò, ex illo testimonio ci-

tato Exodi 3. vbi Deus tribuit sibi, ut peculiare no-

men, esse id, quod est: cùm ergo nomina significant es-

sentialias: sit, ut peculiare sibi Deo esse formaliter per

suam essentiam, & non sit commune rebus creatis,

vt autores prioris opinionis dicebant.

Secundò: idem semper conuenit sibi ipsi: sed de essentia interdum verum est dicere, quod existat, interdum quod non existat: ergo essentia non est formaliter sua existentia. Maior patet, quia proposi-
tio essentialis, aut identica, est aeterna veritatis, & absolute summa est vera, sive extrema existant, sive non existant, de qua re vide late Capitulum 1. dist. 8. quæst. 1. conclusione 1. Minor patet similiter, quia quondam verum fuit dicere, *Adamum existere*, qui modo verè non existit.

Neque satisfacit responsio Gabrielis & Durandi

C dicentium, quod numquam verum fuit dicere, essentiam in actu non existere, bene tamen essentiam in poten-
tia. Hæc verò, ut censem, non est idem cum existen-

tia in actu: existentiam tamen in actu idem cum es-
sentia in actu, & existentiam in potentia idem cum es-
sentia in potentia esse fatentur. Non, inquam, satis-

facit hæc responsio: quoniam vel nomine essentiae in potentia, intelligunt id, quod est in potentia palliua

ad esse essentia, qualis est maceria prima, quæ est in po-
tentia, ut aduentu forma recipiat esse essentiale

rota, verbi gratia: vel intelligunt integrum essen-
tiam, de qua rota, dum est virtute in suis causis, ve-

D rum est dicere, quod sit potens existere, sed non exi-
sistit, existit tamen cùm fuerit producta. Si intelligunt

primum, non soluunt argumentum: quoniam nos non ita sumimus essentiam: illud namque non est

essentia rosa, sed pars essentiae, quæ est in potentia ad aliam partem: quod autem ita est in potentia talis,

simplicer non est tale. Si verò intelligunt secun-
dum, etiam non soluunt argumentum: quoniam illi

actu conuenit esse illam. Idem numero essentiam, quæ postea, cùm fuerit producta, existet, & quæ iterum, cùm fuerit corrupta, non existet: cùm ergo illa

E tunc actu non existat, ita ut essentia & existentia non sint idem formaliter, seu ex natura rei.

Neque eriam satisfacit quedam alia responsio

Durandi, qua dicit, nullum esse incommodum ali-
cui rei, facta transmutatione & corruptione, conuenire oppositum sua essentia. Etenim quod parti, ut

materie ac cadaveri (quod per Syncedochen appelle-
mus nomine totius) post transmutationem conueniat

oppositum eius, quod est de essentia totius, nempe habere priuationem vita, non repugnat: at

quod ipsum toti apprehenso, postquam non exi-
sistit, illud idem conueniat, de numero eorum pror-

fus est, quæ esse nequeunt: tunc enim cum nihil magis rei conueniat, quā id quod includit in sua es-
sentia, utique duo opposita ei simul conuenient,

nimirum, vivere, & habere priuationem vita, quod nulla ratione esse potest.

F Tertiò, de Socrate in questione quid est affirmatur homo, animal, &c. at neque in questione quid est, neque essentialiter, sed accidentaliter & contin-
genter dicitur de eo, quod existat: ergo existentia ex

natura rei distinguuntur à Socrate, & à prædicatis

E quidam

*Alia respon-
so Durandi
excluditur.*

quidditatiis & essentialibus, quæ in eo existunt.

Accedit in confirmationem huius sententia Hilarius 6 de Trinitate, ubi inquit, *Eſſe non ſt accidens in Deo, ſed ſubſtens veritas: quaſi id proprum & peculiare Deo ſit: in creaturis vero accidens ſit, hoc eſt, extra earum eſſentias.* Et Boëtius de hebdomad. cap. 1. de rebus creatis loquens: *Diversum, inquit, eſt eſſe, eſt id quod eſt.* Et paulo inferius: *Eſt autem aliquid, cum eſt ſuſcepitur.*

Licet Doctores citati conueniant, in rebus creatis exiſtentiam ex natura rei diſtingui ab eſſentia. D. Thomas ramen (ut eum interpretatur Caieranus de ente & eſſentia loco citato, Ferrarensis 2. contra gentes capite 52. Capreolus, & multi alijs,) affirmit diſtinctionem illam eſſe realem, idemque affiſmant atque defendunt tres citati ipsius interpretes, & quidam alijs.

Eſſentia ſolum formaliter diſtinguitur ab eſſentia in rebus creatis.

Reprehendit etiam Caieranus Scotum, quod loco ſupradictato aſſuerit, diſtinctionem illam ſolum eſt formalē. Quamvis autem Scotus id eo loco aperte non dicit, ſed ſolum loquatur de exiſtentia, vt de re ab eſſentia ex natura rei diſtingua: credo tamē, ſi apertius fuſſet locutus, id non negaverit, quod Caieranus ei tribuit. Neque puto maiorem diſtinctionem admittendam eſſe inter exiſtentiam & eſſentiam, quam formalē: in qua ſententia eſt Scotus vbi ſuprā, & ſunt quidam alijs.

Moueor primo, quoniam hæc ſufficiens eſt, eaque ſola admiſſa, conueniunt omnia, ex quibus indicium arque argumentum ſumimus ad conſtruendam diſtinctionem ex natura rei inter eſſentiam & eiuſdem exiſtentiam: ergo non maior eſt diſtinctio admittenda.

Accidentia habent suas peculiares exiſtentias ab exiſtentia ſubſtantia diſtinguitur.

Secundū, quoniam accidentia exiſtentia ſuſtans propriis exiſtentia diſtinguitur ab exiſtentia ſubſtantie, vt fecerit omnes admittunt, facilèque probari potest: quandoquidem accidentia in ſacramento altaris exiſtent, & non exiſtentia ſubſtantie panis, cuius erant, cum illa non maneat: durum autem, atque omnino improbabile eſt affirmare, vnumquodque accidentis, ut exiſtar, peculiarem exiſtentiam realiter à ſe, ut rem vnam à re alia diſtinguat, ſibi venire.

Tertiū, quoniam ſi exiſtentia realiter tamquam res à re diſtingueretur ab eſſentia, poſſet Deus ſua omnipotētia conſeruare exiſtentiam lapidis, verbi gratia, ſine eſſentia: quādoquidem res eſt ab illa realiter diſtinguenda, neque ab ea vlo genere cauſa pendet, niſi materialis, cuius tamen concurſum poſſet Deus ſua omnipotētia ſupplere: nullus autem admittet fieri vla potentia poſſe, ut exiſtentia exiſta ſine eſſentia, cuius eſt exiſtentia: que mādmodum nulla ratione fieri poſſet, ut ſimilitudo exiſta ſine qualitate, figura ſine quantitate, aut re cuius dicitur figura, & vniuersum modus rei ab ea re, à qua ſolum formaliter diſtinguitur: fit ergo, ut exiſtentia idem re ſit cum eſſentia, cuius eſt, ab illa exiſtentia, tamquam modus atque actualitas ultima illius, ac proinde formaliter ſolum diſtinguita. Porrò admittendam eſſe diſtinctionem formalē medianam inter diſtinctionem realē & inter diſtinctionem rationis, oſtendimus latè 3. Physcorum, dum de moru age-remus quæſt. 2.

Hoc teatium argumentum à nobis propositum non eamdem viam haberet, ſi quis eadem ratione inferret, poſſe tunc Deum ſua omnipotētia conſeruare exiſtentiam ſine exiſtentia. Cū enim exiſtentia in genere cauſa formalis efficiat exiſtentiam exiſtere, contradictionem implicat haud dubiè, Deum conſeruare exiſtentiam exiſtentem ſine exiſtentia, idque

A ſue quis dicat, exiſtentiam diſtingui ſolum formaliter, ſue etiam realiter ab eſſentia: non fecus ac repugnat Deum conſeruare Cygnum album ſine albedine: quaſi tamen ab eo re ipſa diſtinguitur. Diuus Thomas, ceterique ipsius interpretes, aduersus quos diſputamus, exiſtant, Deum conſeruare quidem poſſe exiſtentiam creātam ſine ſua propria exiſtentia, at non ſine ſua, vel aliena, à qua formaliter exiſtar. Affiſmant enim humanitatem Christi carere propria exiſtentia, exiſteréque exiſtentia increata verbi diuini, cui per incarnationem eſt vniata. Verū id neque Scotus, neque alijs approbat, quod ſuo loco examinandum eſt.

Hactenus oſtendimus exiſtentiam formaliter diſtingui ab eſſentia, ſue à natura rei, cuius eſt exiſtentia. Ut verò pateat quid ſit, & num ad aliquod praedicamentum per ſe pertinet, premitto exiſtentiam rerum creatarum eſt modum quemdam realē concomitantem exiſtentiam cuiusque rei, prout eſt effectus cauſa efficientis: producit enim exiſtentia à cauſa efficiente, ſed ſub illo modo, ita quod implicat produci, & non ſub illo modo: at quod propriè producitur, eſt ipſa rei exiſtentia, modus verò, ſub quo producitur, comproducitur cum exiſtentia, tamquam ab ea pendens & cum illa idem re, ſed ab ea formaliter diſtinguitur. Quia ergo exiſtentia rerum non ſequitur exiſtentiam, quaſi ab ea emanet, quia id implicat contradictionem, ut diſputatione precedente demonstratum eſt: ſed illam concomitantem, ut effectus eſt cauſa efficientis (dum enīm quaevis exiſtentia potestate eſt in ſua cauſa, aut obiectu ſolum in mente, earet modo illo: dum verò producitur, habet illum: quia produci nihil eſt aliud, quā fieri, ponique ſub illo modo à cauſa efficiente) eſt, ut calmatio atque influxus cauſa efficientis terminetur.

Primum ad singularia, exiſtentia actualis primū conueniat singularibus, & ratione eorum vniuersalibus: fit etiam, ut exiſtentia exiſtentia ſit prior natura, quām paſſiones, ceteraque accidentia in ſuo ſubiecto verē exiſtant. Siquidem actualis paſſionum emanatio ab exiſtentia, ceterorumque accidentium recepſio in ſubiecto, exiſtentiam actualē illius rei, in qua exiſtere debent, preſupponit. Quo fit, ut primum, quod comitantur exiſtentiam ſubſtantia, dum producitur, ſi ipsa actualis exiſtentia ſub qua necessariō, atque immeđiatē debet produci: quod eadem ratione intellegendum eſt de quolibet accidente, cum ſua peculiari exiſtentia comparato, ideoque ſcīt exiſtentia tum à D. Thoma hoc loco, & quæſt. ſequenti articulo 1. ad 3. tum etiam ab aliis Doctribus communiter appellatur actualitas omnis formæ atque naturæ, immediate actuans, atque praefans cuicunque naturæ singulari, & parti singulari nature actu exiſtere, etiam materiæ prima, quam credimus immeđiatē habere à ſuo effectore Deo ſuam peculiarem exiſtentiam que formaliter exiſtit: tamē ſi naturaliter per eam exiſtat, dependeret à forma ſubſtantiali: non ſecus ac accidentia accipiunt à ſuis cauſis efficientibus peculiares exiſtentias, quibus formaliter exiſtent, dependeret tamen naturaliter à ſubiectis, quibus inherent.

Gradus autem, ſue naturæ communes, quoniam à cauſis efficientibus producuntur ad productionem singularium per ſe, quorum ratione ſunt singulari, ſue per accidens, ſuas etiam peculiares, partialesque accipiunt exiſtentias, quibus formaliter in ſuis singularibus exiſtent. Sicut autem ex gradibus vniuersalibus vna cum diſferentiis individualibus conſtituitur vna integra exiſtentia singularis per ſe, ratione diſferentiarum individualium;

ita

Exiſtentia reum creatarum eſt modus reali cōcomitantis exiſtentiam cuiusque rei ut eſt effectus cauſa efficienti.

Exiſtentia producitur, ut quod exiſtentia illius cōcomitantis producitur cum exiſtentia.

Exiſtentia primū conuenit singularibus, & per singularia vniuersalibus.

Exiſtentia exiſtentia prior natura eſt, quām paſſiones & cetera accidentia exiſtentia exiſtent.

Exiſtentia eſt actualitas omnis formæ, & naturæ ac partis cuiuscumque.

Materiæ prima habet peculiares partiales exiſtentias.

Nature communes ſuas habent individuas partiales exiſtentias.

ita eriam ex peculiaribus existentiis singulorum gradium, qui in re per se singulare reperiuntur, sit una existentia singularia per se quæ formaliter & primò singularia ipsa per se, secundariò vero natura-
ri vniuersales in ipsis inclusæ existunt.

In dialectica, dum sermo ellet de praedicamento quando, &c. 4. Physicorum, in quaestib[us] de tempore, duplicum durationem distinguebamus. Alteram rei per se successiu[m], nempe motus: quam tempus esse dicebamus: alteram rei permanentis, aut etiam successiu[m] per accidentis [actio namque & pars ratione motus, cui coniunguntur, fuit per accidentes successiu[m]] per quam cuiusmodi omnes res

dens res iudicemus, per quae dicuntur durare formaliter: & tanto, vel tanto tempore coexistere. Priorem, utpote per se continuam, dicebamus pertinere ad praedicamentum quantitatis, posteriorem, ut partim indivisiibilem, partim successivam & continuam per accidens, ad praedicamentum quando attinere credebamus. Quia ratione etiam, quod duratio est substantia Angelorum, in eo quoque praedicamento collocauiimus. Consentit D. Maximus in Centuria 1. cap. 4. 5. & 6. à Ioanne Cyparissioto decade 8. cap. 3. relatus, cuius

hec sunt verba, *Tempis cùm motum habeat menuvatum, numero circumscríbitur: eum verò cùm habeat predicationem quando simul cùm existentia cogitatur subit dimensionem tamquam principium existentie capiens.* Addebamus cùm Scoto in 2. dist. 2. q. 2. consolone ad doctrinam D. Maximi, & Ioannis Cyprisi sicut proximè relata durationes rerum, vel consequuntur existentias rerum, quarum sunt durationes, vel idem prorsus cùm earum existentias: res enim quādū durant, rāndū existunt. Tandem 4. Physicianum (licet non sine formidine, propter contrariam, eamque communiorē Doctorum opinionē) idem prorsus esse existentiam & durationem rerum credidimus, existentiamque omnem rerū creatarum esse verum accidentē, pertinens ad duo illa prædicamenta, ad quæ dicebamus duo genera durationis explanata perrinere. Quan sententiam neque modo improbatibilem iudicamus, licet communiorē Doctorum sententiam, si paulo, quam confuevit accuratiū explicetur, satis etiam probabilem censemus. Vraque ergo erit exponenda.

Quod attinet ad primam, primitum, influxum,
quo Deus erat & conferuat substantias, quae crea-
tione producuntur, & relationem effectus ad suam
causam (hoc est, Deum) que relatio influxu illum &
substantias ita productas consequitur, accidentia el-
le realia completa ad predicamenta relationis, at-
que actionis & passionis pertinentia: & nihilominus
esse modos quosdam reales earumdem substantia-
rum, at eis non re, sed formaliter tantum distin-
ctos, qui ita necessario substantiarum creationem
consequuntur, ut absque ciui nodi influxu, ac rela-
tione eas habere esse a Deo omnino repugnet.

*Existentiam
Orationem
est id, qua
ratione de-
stivalent.*

His ita constitutis, non video quid incommodi sequatur, si dicamus, modum realem actualis existentia substantiarum, sub quo necessario producuntur, & recipiunt esse a suis causis efficientibus, quique tamquam quid vna cum illis comprudetur immediate ante reliqua omnia accidentia consequitur existentiam per comparationem ad causam efficientem, modo supra explicato, esse simili modo accidens reale completerum ad praedicamentum quando spectans, atque idem re, formaliter tamen distinctum à substantia & effientia substantiarum, nihilque omnino differre à duratione, qua substantiae in rerum natura permanere solent, quan- diu non desinunt. Eadem ratione nihil absurdi pe-

A nitus conspicio, si quis afferat, modum realem actualis existentiae accidentium esse etiam accidentis realis complectens, ab iforum duratione minimè distin-
ctum, existentiamque motus (quæ ed breuior est,
quod motus maiori vi à causa efficiente producitur)
nullo modo distinguere à duratione ipsius, quæ per se
continua est, pertinet eaque ad prædicamentum quâ-
titatis tamquam veram eius speciem, quam tempus
appellamus. Existentia nvero reliquorum accidentium,
tamquam individuibilem durationem & totam
simil, aut successiūam per accidentis, pertinere ad
prædicamentum quando.

B Hec sententia confirmari potest: *i. Quoniam rem aliquam durare per horam, non videtur esse aliud, quam exire, dum hora durat, seu exiit: sed duratio est accidentis complectum per se pertinens ad praedicamenta, ut de tempore, quod duratio est motus, constat: autoréque Aristotele pertinet ad prædicamentum quantitatis tamquam species à motu distincta: ergo existentia rerum accidentis est complectum pertinens ad praedicamenta, nāque porrundunt demonstrari alia, ad quā pertineat, quam duo illa commemorata.*

Secundò, quoniam quartum argumentum initio propositum latius suadere videtur, existentiam substantiarum esse accidentis, & non substantiam: quod si accidens est, neque cum essentiis substantiarum efficit unum per se, planè non videtur reiciendum à ratione entis completi, atque ad praedicamenta attingentis: neque videtur ad quæ alia possit pertinere, quam ad praedicamenta quantitatis, & quando, ad quæ pertinent rerum durationes.

D Terriò, quoniam cùm existentia substantiarum sit ens reale , ab essentiis eorum formaliter distin-
ctum, neque in eis inclusum, sed contingenter illis
conueniens, neque facilè sit ostendere particula,am,
per quam reificatur à ratione entis per se ad praedi-
camenta artimientis : planè difficile erit afferre ratio-
nem , quare ad praedicamenta per se non pertineat
(falsum quo ad sua significata analogie, si quis for-
dit eam analogum quoddam esse , perinde atque
ens) vel si admittendum sit ad praedicamenta perti-
nere , ad quod, aut ad quae pertineat, nisi dicamus
idem prorsus esse cum duratione eorum.

Obiectio ad
uersus ser-
tentiam co-
probatum.

E. Aduersus sententiam hactenus explicaram & confirmatam obiiciet alius. Esse existentia in Deo antecedit secundum nostrum modum concipiendi in natura rei fundatum durationem diuinam: ergo maiori cum ratione in creaturis existentia antecedit durationem carum, atque adeo non sunt idem. Consequens patet. Antecedens probatur, quia cum Deus existat per suam existentiam formaliter, esseque sit nomen proprium Dei, existentia diuina est velut fundamentum ceterorum attributorum, ac proinde ut quid prius: aeternitas autem quia est duratio diuina, est posterior secundum nostrum modum intelligendi immutabilitate: quia ex eo, quod sit immutabilis, demonstramus a priori Deum esse aeternum, et quod immutabilitas in Deo ex natura rei sit ratio aeternitatis: qua ratione dictum est in antecedente, esse fundamentum in re, quare concipiamus, existentiam Dei, ut priorem duratione diuina.

Ad hoc tamen argumentum dicendum est, uter
nitatem non purè significare durationem diuinam.
Aeternitas enim significat durationem sine principio & fine, tam in se, quam correspondenter tem-
pori vero aut imaginario: vnde supra durationem
addit negationem principij & finis, qua negatio
verè coquenit, tum durationi, tum etiam existentie

diuinæ. Ad argumentum ergo dicendum est, existentiam Dei secundum nostrum modum intelligendi priorem esse duratione atque æternitate diuina, non quo ad rationem durationis, quam includit æternitas, sed quo ad negationem principij & finis, quam superaddit, & qua fundatur in duratione & existentia diuina. Vnde immutabilitas, qua est etiam quædam negatio in Deo, non est ratio ex natura rei aliquius positiui quod sit in Deo: id enim valde absurdum esset: sed alterius negationis, qua fundatur etiam in esse & duratione diuina. Hæc quod attinet ad primam sententiam.

*Existentiam
diffinitam esse
à duratione,
estq; ens in-
completum, &
reduciunt ad
predicamen-
ta peripherie
defenditur.*

Quod vero attinet ad secundam, Capreolus in 1. d. 8. q. 1. art. 1. concl. 3. & art. 3. affirmit, existentiam esse actualitatem ac veluti formam cuiusque rei creatæ, à qua formaliter dicitur existere: eam vero neque esse substantiam, neque accidens, sed existentiam substantiarum reduci ad prædicamentum substantiarum, & existentiam accidentium ad prædicamenta accidentium, citatque nonnulla loca D. Thomam, quibus videtur dicere, existentiam substantiarum esse accidens, sumpto accidentis nomine, ut significat id, quod non est de essentia, non tamen ut significat rem, qua sit de genere continentio. Potissimum locus habetur q. 5. de potentia Dei art. 4. ad 3. quamquam quodlibet 2. art. 3. incorpore & ad 2. innuere videtur esse accidens. Credo tamen neque D. Thomam, neque Capreolum negare, si sermo sit de existentia cuiusque rei singularis, eam vel esse accidens, vel substantiam, latè sumptus hisce vocabulis, ut tam completa quam incompleta entia comprehendunt: quandoquidem omnis entitas realis particularis, vel inest, sicut secundum aptitudinem, aliquid subiecto: vel non. Si inest, est accidens: si vero non inest, est substantia: quia existet per se, hoc est, non in alio tamquam in subiecto: quare improbabile est aliter dicere, dat aliquid reale medium inter substantiam & accidens late sumpta: solum ergo videtur negare esse accidens, aut substantiam, qua per se in prædicamentis collocentur. Vnde Cæteranus de ente & essentia loco citato in responsione ad 8. consentiens in reliquis cum Capreolo, existentiam substantię aperte affirmat esse substantiam, redditio ad prædicamentum substantię pertinente: existentiam vero accidentium esse accidens, quod redditio quoque ad prædicamenta accidentium renouatur.

*Existentia
modus realis
causique ef-
ficiens cum
ea efficiens
vnum per se.*

Sententia hæc potest non sine probabilitate magna defendi, si dicamus, existentiam cuiusque essentia esse modum quicquidem reale, atque actum eiusdem generis cum essentia & natura, cuius est existentia, per se determinantem existentiam ad esse rei existens, constitutentemque cum illa vnum ens per se in ratione rei existens: quod in hunc modum explanari potest.

*Formalis ef-
fectus ali-
quid addit
supra formam
eius est ef-
fectus, cum
ea efficiens
vnum per se.*

Negari non potest formam, si secundum se sit ens completum, vt est albedo, quando subiectum actuat, informat, & que illi inheret, non solummodo suum effectum formalem eidem subiecto communicare, verbi gratia, esse album: sed etiam habere aliquid reale amplius in se, quam antea habebat, nempe actuacionem ac inhalacionem ipsam, qua se ipsam subiecto communicat, resolutaque in eo talis effectus formalis. Differt ergo ex natura rei effectus formalis albedinis, nempe esse album, ab albedine, qua illius est causa formalis, ex eo videlicet, quia albedo dicit ipsam præcisę formam secundum se speciem: esse vero alibi, seu album formaliter dicit eandem formam, & communicatam subiecto, quod sit per actionem, ac inhalacionem in subiecto. Quare

A album formaliter actuacionem, atque inhalacionem albedinis in subiecto includit in sua ratione formalis, quam non includit albedo, & per eam ab albedine differt ex natura rei, tamquam albedinem includens, & addens inhalacionem illam. Porro inhalatio modus quidam realis est albedinis essentia superueniens, & ab ea diuina potentia separabilis. si Deus, vt potest, albedinem sine inhalatione in subiecto conseruerit: quare modus accidentarius est albedini, hoc est, essentia illius minimè internus, idemque re cum illa, à qua solum formaliter distinguitur. Quia ergo album formaliter non minus est ens per se, quam albedo, estque eadem species cum albedine, modo in concreto, modo in abstracto significata: fit ut modus ille determinet formam completam ad effectum etiam formalem completem, pertinenteque non solum ad idem genus, sed etiam ad eandem speciem cum albedine, tamquam quid incompletum in se, compleps tamen formam in rationem effectus formalis completi eiusdem rationis & speciei cum ipsa forma: quare modus ille ad prædicamentum qualitatis tamquam quid incompletum reducitur, effectuque unum per se cum albedine, qua in se, & est unum per se, & quid completem.

C Idem proportione quadam dicendum est de formis substantialibus, comparatione suorum effectuum formalium, quos materia prima immediate tribuunt. Anima enim, actuando atque informando materiam, tribuit ei formaliter esse viuum, quod quidem supra animam addit modum illum realem, quem anima Diuini Petri, verbi causa, habebat, dum erat unita corpori, & quo caret modus separata à corpore, nempe actuacionem atque informationem: qui modus substantialis est efficiens cum eadem anima unum quid per se, nimirum esse viuum formaliter, reduciturque cum anima ad prædicamentum substantię, estque idem re cum anima, ab ea ratiū formaliter distinctus. Multa alia præterea sunt, quae res completas ad res etiam completas, atque ad unum per se determinant, reducunturque ad idem prædicamentum: in iis namque viventibus, quorum formas sunt diuisibilis, cum per nutritionē aduenient nouae partes non solum materia, sed etiam forma, ea, quae anteā erant completa, fiunt maiora: simili tamen modo entia completa permanent. Vniuersalia item completa, aduentu differentia per se, ad speciem aut individuum similiter completem determinantur. Humanitas etiam singularis, quæ assumpta fuit à Verbo diuino, ens quoddam est completum: apud eos autem, qui affirmit, suppositum supra naturam addere aliquid reale: virque si natura illa relinqueretur, resultaretque proprium illius suppositum, aduentu eius quod suppositum illud adderet supra naturam, ac ens completum sine dubio determinaretur. Ad eundem ergo modum dico postmodum optimè defendi, essentias quidem rerum, præcisę consideratas ab existentia, esse in se entia completa: existentias vero esse modos quoddam reales eiusdem generis cum ipsis, à quibus essentia determinantur ad esse rerum existentium, efficiantque cum eisdem unum per se, quod sit totum hoc, ens actu existens, sitque eiusdem generis & speciei secum, si præcisę, ac denudatum ab existentia consideretur: quemadmodum album est ens quoddam per se eiusdem generis & speciei cum albedine, si ea præcisę consideretur absque inhalacione & actuacione, quam album albedini superaddit. Iuxta hoc ergo dicendum est, existentias rerum esse modos quoddam incompletos eiusdem generis cum essentiis, quarum sunt existentiae: substantiarum quidem

quidem substantiales, accidentium verò accidentia-
rios, cäque de causa reduci ad prædicamenta earum
rerum, quarum modi esse dicuntur.

Supradictus respondamus ad argumenta proposita
iuxta duas sententias explicatas. Pro solutione ergo
primi aduertendum est cum Capreolo loco citato
art. 3. Ferrariensi 1. contra gentes cap. 25. & D. Tho.
quodlibet 2. art. 3. vocabulum ens interdum sumi,
vt est concretum essentia, quo pacto sumptum no-
men est, & non participium, diuiditurque in decem
predicatione: interdum verò sumi, vt est concre-
tum existentia, significatque idem, quod existens &
est participium verbi sumi, quo pacto sumptum non
diuiditur in decem predicatione.

Ad primum. Ad primum ergo negandum, est antecedens, si
nomen ens sumatur ut est cōcretum essentia, voca-
bulum verò esse, sumatur ut est infinitiuum, signifi-
cātque idem quod existere. Ad probationem verò,
negandum, ens & esse ita sumpta differre, vt infini-
tiuum & participium, aut unum dici ab alio, ensque
explicari esse id, quod est: nisi intelligatur, id quod
habet essentiam, aut quod potest existere.

Ad secundum dicendum est, quatuor modis, vt
notar Linconiensis 1. Posteriorum cap. 4. ens pro
participio sumptum posse dici per se. Vno, vt exclu-
dit aliud tamquam causam efficientem, per quam
existat, quo pacto solus Deus est ens per se. Alio, vt
excludit aliud, sicut causam formalem per quam
existat, quo pacto solus erit Deus ens per se,
hoc est, per suam essentiam, & non per aliam causam
formalem superadditam: essentia verò creata sunt
per aliud, nimirum per suas existentias superadditas
suis effientiis. Quod si hoc modo sumat argumen-
tum, concedendum est totum, neque id quicquam
absurdi continet. Tertiò, vt excludit subiectum, cui
inhæreat, & per quod existat. Hoc modo substantia
est ens per se, accidens verò est ens per aliud, nimi-
rum, per substantiam. Quartò minus propriè, vt ex-
cludit materiam quam informat, aut qua constitua-
tur. Atque hoc modo Angeli consueuerunt dici en-
tia per se, à materia separata.

Ad tertium. Ad tertium dicendum est, existentiam habere qui-
dem essentiam, qua interdum existit, & interdum
non existit: non indigere tamen alia existentia, qua
existat, sed se ipsa coexistere ad existentiam subiecti:
sicut enim duratio motus, nimirum tempus, durat
non per aliam durationem superadditam, sed per se
ipsam, dum enim motum formaliter durare facit, ipsa
similiter etiam durat cum motu: sicut etiam motus est
quid productum, nō tamen per distinctum motum,
sed hoc ipso, quod per eundem motum productur
terminus, ipsi simili productur ad productio-
nem termini, eo modo quo creatio cōcreatur etiam
ad creationem rei, qua per ipsam creatur: ita ex-
istentia, siue sit quid distinctum à duratione, siue nō,
dum aliud formaliter existere facit, ipsa etiam per il-
lud coexistit. Vnde sicut ipsa accidentaliter facit el-
lentiam, cui coniungitur, existere: ita accidentaliter
per se ipsam existit: quia non facit se ipsam formaliter
existere, nisi faciendo existere existentiam cui coex-
istit. Immerito ergo veretur Capreolus loco citato
concedere, existentiam & existere rerum crea-
torum, apprehensa in actu signato, aliquando non ex-
istere in actu exercito.

Ad quartum. Ad quartum iuxta priorem sententiam dicendum
est, cile accidens, neque esse vllum incommodum, si
substantia existat per aliquod accidens, quod sit
causa formalis existendi: absurdum tamen eset, si
existeret per aliquod accidens tamquam per subiec-
tum, cui inhæret: substantia cñim dicitur ens per

A se: hoc est, non per aliud subiectum, cui inhæreat, &
per quod existat, vt in solutione ad secundum dic-
tum est. Iuxta posteriorem dictum est, existen-
tiam substantiarum completarum esse substantiam incompletam, actuaréque essentiam substantia tam-
quam actum suam potentiam, non puram tamen,
qualis est materia prima, sed quae est in actu sub-
stantiali essentia per formam substantialiem. Vt est
actus substantialis, vt sunt Angeli. Ad primam pro-
bationem in oppositum dicendum, existentiam esse
in essentia, non tamquam partem essentia, sed tan-
quam partem entis actu existentis, quod ex essentia
& existentia resultat, & utrumque intrinsecè inclu-
dit. Vnde sicut reūcimus formam equi à ratione acci-
dēti comparatione materiæ quam informat, quia
cum ea efficit unum per se, siue unam essentiam: ita
reūcienda est existentia comparatione essentia, &
quod cum essentia efficiat ens existens, quod, vñ iam
diximus, est unum per se. Ad secundum dicendum
est, propositionem illam intelligendam esse de eo,
quod aduenit post actuū primū alicui rei consti-
tutæ iā in actu existentia. Quare cūm existentia
substantiarum materia constantium formaliter ef-
ficiat existere materiam, formam, & totum compo-
situm, non sequitur esse accidens.

Ad quintum dicendum est, generationem substan-
tiale terminari ad totum compositum, vt ad id
quod propriè, & per se primò producitur, quod pro-
prietas terminus generationis est, cāmque à ceteris
rebus specie distinguit: ad existentiam verò, siue sit
quid distinctum à duratione, siue non sit, terminari
tamquam ad id, quod ad productionem principaliſ
termini comproducitur, afficitque sua peculiari mo-
do substantiam productam, vt suprà explicatum est.

Quando autem dicitur, essentia ab aeterno habere
ex se rationem formalem essentia, dicendum est, ab
aeterno habere, quod verò illi attribuamus, & for-
maliter rationem essentia, & prædicta essentia:
quoniam, vt Aristoteles ait secundo de celo cap. vi-
timo, tale licet dicere unumquodque quale est suæ na-
tura, id est, quale existit suæ natura, quando ex-
istit: idque siue actu existat, siue non existat: sed ta-
men ex tempore attingi & produci per genera-
tionem, quando producitur sub existentia: ex vniōne
etenim forma cum materia, qua sit per genera-
tionem, non solum resultat existentia Socratis, verbi
gratia, sed etiam essentia, quae non erat in partibus,
dum non erant unita: generatio ergo, qua partes
vniuntur, non solum attingit existentiam, sed etiam
existentiam, imo essentiam primò, & existentiam per
concomitantiam.

F Pro solutione sexti animaduertendum est, cūm
nihil sit idem, quod non ens, duobus modis sumi
posse: altero, vt opponitur enti, prout significat ex-
istentiam: altero verò, qua ratione opponitur enti, vt
significat existentiam. Ad argumentum ergo, si sensus
antecedens sit, existentiam per existentiam ponit
extra nihil, & nihil priori modo accipiat, negan-
dum erit antecedens: per se ipsum enim hoc modo
sine existentia est extra nihil, id est, est ens: si verò
posteriori modo sumatur, concessio antecedentis, ne-
ganda erit consequentia.

Ad septimum neganda est maior, si de perfectio-
ne sermo sit, quæ rem, quam perficit, facit forma-
liter existere: huc enim non supponit, sed facit
eiusmodi rem formaliter existere: supponit verò
actionem agentis, qua sit tam res ipsa perficienda,
quam existentia perfectio: illa quidem propriè &
per se primò, hæc verò comprobatur, vt suprà di-
ximus.

54 Quæst. iij. Artic. v.vj. & viij. Disput. j.

Ad octauum. Ad octauum dicimus, rem esse in potentia passiuam ad esse essentiam, pertinere ad conditionem diminuentem, ut hominem puerum, quo pasto materia embryonis, que est in potentia passiuam ad esse hominis per aduentum animae rationalis, non est simpli- citer homo, sed cum additamento, & secundum quid, himirum homo potentia; at vero, essentiam esse in potentia ad existentiam non esse conditionem, quia veritati essentiae derogare valeat; quare simpli- citer & sine additamento veram rationem essentiae habere dicitur. Si ergo in antecedente sumatur esse in potentia hoc posteriori modo, negandum est antecedens: si vero priori modo, nihil ad rem: vnde neganda erit consequentia.

Ad nonum. Ad ultimum dicendum est, utramque formam tri-
buere per se ipsam subiecto esse essentiam: attamen
neutrām per se ipsam tribuere subiecto existentiam
illius esse, nisi per existentiam superadditam.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus sit in genere aliquo.

Deus non ponitur in predicationis.

Deus non possit nisi in praedicatione. **V**ASTIO hæc disputata à nobis est ac prædicamentum substantia, questione secunda. Conclusio, nempe quod Deus non sit sub genere aliquo, consonat maximè cum definitione Ecclesiæ cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica: vbi definitur, **D**eum esse simplicem omnino, ac proinde nullam admittere in se compositionem, etiam ex genere & differentia.

*Nominalium
opinio ab er-
vore in fide
excusatur.*

Nominalium
opinio ab or-
atore in fide
excusatur.
Illud tamē admonebo, opinionem Nominalium
asserentium Deum collocari sub genere, non est
condemnandam erroris circa fidem, quasi derogat
divīnae simplicitati contradicātive definitioni Ecclē-
sie, si modō iuxta corūm mentem intelligatur. Cū
enim nullam putent esse distinctionem ex natura
rei inter genus & differentiam, neque admittant na-
turam aliquam communem, que apprehensa per
intellectum genus sit aut species: res verò omnes
apprehensas credat esse singulares, etiam postquam
conceptibus communib[us] apprehenduntur, solum
que dicant propter similitudinem repertam inter
res alias singulares mente efformari conceptus
communes, qui immediate res ipsas singulares si-
gnificant, non verò naturam aliquam illis commu-
nem, atque adeo censeant genera & species solum
esse conceptus illos formales communes, non verò
aliquid eisdem conceptibus immediate significa-
tum & apprehensum: nihil profecto sententia hæ-
diuinae simplicitati derogat, neque definitioni Ec-
clesiae contradicit.

ARTICVLVS VI

Vitrum in Deo sint aliqua accidentia

*Deo accidens
repugnat.*

TN Deo accidens esse non posse , est de fide .
Probarat , quoniam hi in eo accidens
esse posset , vel illud adueniret ei de nouo ,
vel conueniret ei ex aeternitate . Primum esse non
posset sine Dei mutatione , ac vicissitudinis obum-
bratione , contra illud Iacobi 1. *Audiat quem non est
transmutatio , neque vicissitudinis obumbratio .* Vnde
Leo primus epistola 91.cap.2.aduersus Priscilliani-
stas , qui dicebant virtutes quasdam processisse ex
Deo , quas habere coepit , & quas essentia diuina

A p̄cesserit, ita inquit, *Dum sicut mutabilem, ita & proficiem̄ dicere, nefas est: quam enim mutatur, quod minuitur, tam mutatur ita quod augetur.* Hac Diuus Leo. Si vero detur secundum, vel haberet tale accidens ab alio, vel à se quasi fluens ab essentia: vtroque modo non esset sine mutatione æterna, qua accidens illud acciperet esse, vel ab alio, vel ab essentia diuina. Præterea datur aliiquid in Deo propriè effectum, atque aliiquid reale, quod non esset ipse met Deus, comparatione cuius Deus se haberet ut vera potentia ad suum actum, quæ omnia prima caula simpliciter, qualis est Deus, atque diuina simplicitati repugnat. Lege Augustinum 5. de Trinitate cap. 4. 5. & 16. vbi ex immutabilitate Dei late probat, in Deo nullum omnino accidens esse posse.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus sit omnino simplex, sitq; id proprium Dei.

DISPVTATIO I.

DEUS simplicem esse omnino, est de fide, ut definitum est in Concilio Lateranensi 2. cap. Firmiter, & capite Damnamus, de summa Trinitate & fide Catholica, & manifestum est ex articulis praecedentibus, in quibus ostensum est nullum genus compositionis conuenire posse Deo, etiam cum re aliqua externa, cum qua tamquam cum actu aut potentia componatur. Dixi, tamquam cum actu aut potentia: quoniam de fide est unio noster hypostaticum humanitatis cum Verbo factam esse secundum compositionem, ut multis Conciliorum est definitum, quæst. 3. parte, quæst. 2. ar. 4. attulimus. At vt ibidem ostendimus, docentemque D. Thomas & alij Doctores, quos eo loco citauimus, propriè non est in Christo compoſitio ex his, ut vocant, quasi Christus constituantur ex humanitate & Verbo tamquam ex partibus: sed est compoſitio huius cum hoc: hoc est, humanitatis cum Verbo, vnde resultat hic homo, nimirum Christus Dominus, qui unum per se est: componi verò Deum cum re aliqua, à qua actuerit, aut Deum actuare, ac informare aliiquid aliud, ita vt ex vtrōque refutetur eas quoddam siue per se, siue per accidentem, nulla ratione fieri potest: quoniam id esse non posset sine Dei mutatione, aut vicissitudinis obumbratione, ac proinde sine imperfectione, quæ Deo omnino repugnat. Lege, si placet, apud D. Thomam hoc loco rationes alias non contempnendas, quibus Deum simplicem esse omnino confirmat.

Quod autem esse omnino simplex sit proprium Dei est pre-
Dei (quod hoc loco in responsione ad primum in- trium sim-
nuit D. Thomas) ex eo est manifestum, quia omne placem esse
ens completum singulare constat intime, saltem ge- omnino.
nere & differentia. Genera vero suprema & partes,
tam metaphysicae quam physicae, componuntur im-
primis cum sua existentia, unde iuxta secundam
F opinionem articulo quarto disputatione 2. explica-
tam, resultat vnum per se in ratione entis existentis.
Deinde genera suprema componuntur cum diffe-
rentiis, & differentia cum generibus, materia cum
forma substantiali, & è contrario, ad intimam con-
stitutionem vnius per se Denique substantia omnes
componuntur cum accidentibus, & accidentia cum
substantiis tamquam actus cum potentiis ad consti-
tuendum saltem ens per accidens. Quo sit, ut esse
simplex omnino solius Dei proprium sit.

DISPV